

FRANCISCI REDI,

*Nobilis Aretini,*

EXPERIMENTA

*circa res diversas naturales,  
speciatim illas,*

*Quæ ex Indiis adferuntur.*

*Ex Italico Latinitate donata.*



AMSTELODAMI,

Sumptibus ANDREÆ FRISPI.

M D C LXXV.

sus septem similibus aliis, in ventri-  
culo gallinæ, diebus quatuor, dena-  
rii duo; iisdemque, ab alia gallina  
deglutitis, quatuor dierum spatio,  
defuit granum unum, minus duobus  
denariis. Jaspidis Bohemicæ frustu-  
lum, ponderis unius denarii cum di-  
midio, quamquam diu admodum in  
ventriculo diversarum gallinarum,  
anatum, & gallorum Indicorum per-  
manserit, unquam quicquam primi  
ponderis amisit.

Frustum porphyritis, à gallina  
deglutitum, & per duos menses in  
stomacho detentum, planè integrum  
mansit. Mortuo struthione, qui ante  
octo menses ex Barbaria advenerat,  
in demortui stomacho multi nummi  
cuprei, Africanæ monetæ, inventi  
sunt, nondum consumtis characteri-  
bus Arabicis, iisdem impressis. Duo-  
bus globulis ex ligno Rhodio gra-  
norum viginti, à capo deglutitis,  
spatio sex dierum octo grana deces-  
serunt. Quatuor margaritis tubero-  
fis,

sis, granorum duodecim, in ventri-  
culo columbi, spatio viginti hora-  
rum, ademta sunt grana quatuor. Et  
octo aliæ margaritæ, granorum tri-  
ginta, bidui spatio, in alterius co-  
lumbi ventriculo amiserunt viginti  
grana. Unde videre licet, quam  
luculentii lucri autores sint, qui mar-  
garitas, à columbis deglutitas, anti-  
quum splendorem assumere, & pre-  
tiosiores fieri docent. Sed transea-  
mus ad alia.

In America meridionali nascun-  
tur aranei, usque adeo enormis ma-  
gnitudinis, ut nonnulli secundum re-  
lationem P. Eusebii Nierenbergii,  
magnitudinem ovi columbini, alii  
partem dimidiā mali medici æ-  
quent. Alii præterea, in America  
meridionali, & regionibus Perù, &  
Chile, maximè verò in Brasilia, &  
Præfecturis Pernambuci, Tamara-  
cæ, & Paraibæ, venenosissimi, & ma-  
lo arantio majores inveniuntur. Per-  
nambucenses, ungues habent duros,  
fuscos,

fuscos, & ea virtute dotatos, ut auro  
vel argento ligati; solo tactu, &  
quasi miraculose qualemcumque dou-  
lorem dentium statim sedent; &  
Zacutus Lusitanus se id cum feli-  
cissimo successu expertum esse indu-  
bitanter testatur. Crederem relationi Zacuti, nisi experimenta circa  
hos ungues facta, id prohiberent;  
quos D. Antönius Morera in aulam  
Hetruriæ attulit; & qui nullum mi-  
hi unquam hujus miraculosæ virtu-  
tis indicium dederunt; uti nec den-  
tes Rhinocerotis, ut sapientis nos-  
men mereatur Olaus Wormius, qui  
ingenuè fatetur, se ejus fieri experi-  
mentum non fecisse. Perunt, inquit,  
dentes hunc, dolenti denti applicatum;  
dolores sedare, quod tamen nondum ex-  
pertus sum.

Mira narrant de sanguine hujus  
Rhinocerotis, in sedandis doloribus  
colicis, profluvio sanguinis, & pro-  
vocandis fœminarum solitis & ne-  
cessariis floribus; (cum tamen hæ-  
duæ

duæ virtutes int̄ se contrariæ sint.) dicunt, pellem hujus animalis, si diu-  
tius humectetur, & in aqua percō-  
quatur, ac decoctum ejusdem pér  
tres dies continuos bibatur, securis-  
simam medicinam esse illis, qui hæ-  
morrhoidum dolores patiuntur, &  
qui ob languorem stomachi, vel qua-  
lempcunque aliam ob causam conti-  
nuo cibi fastidiō laborant. Et vulgus,  
qui decipi sese magnopere gaudet,  
& omnēm suam fiduciām in rebus  
exoticis, & quæ difficulter obtinen-  
tur, collocat, facillimē hæc talia cre-  
dit: ego verò inducere animum ne-  
quod, ut id credam; cum non nisi  
post multa experimenta capta de  
hac re loquar. Et quid est, quod de  
cornu hujus ejusdem animalis non  
prædicetur? ac si cor vitamque ho-  
minis defendere ab omni veneno  
possit; attamen ego hactenus ne mi-  
nimum quidem ejusdem effectum  
vidi: & specialiter non contra ve-  
nenum viperinum, & scorpionum  
Tune-

Tunetanorum. Nec majorem effe-  
ctum vidi cornuum Alces contra epi-  
lepsiam, utut Olaus Wormius scri-  
bat : *Cornua insigni pollent adversas  
epilepsiam facultate, imprimis, si circa  
Kalendas Septembres animal capiatur,  
& maectetur, quia tum maxime vege-  
tum & succulentum, in venerem ferri  
solet.*

Hæc tamen conditio, quod nimi-  
rum utendum sit cornubus hujus ani-  
malis occisi, circa principium Se-  
ptember, ab omnibus non proba-  
tur; sed non desunt, qui non nisi cor-  
nua quotannis sponte decidentia  
prodeste velint : & alii, magis su-  
perstitiosi, omnem hanc virtutem  
contra epilepsiam, in dextro cornu  
residere, & sinistrum eadem plane  
privatum esse contendunt.

Hanc differentiam, inter dextrum  
& sinistrum cornu, fundatam esse  
credo in fabula illa, quam Theo-  
phrastus, libro de animalibus, que in-  
vidia laborare creduntur, recitat, ubi  
dicit,

dicit, cervum, ubi dextrum cornu decidit, illud oculere sub terra, quod homines miraculosæ virtutis hujus cornu gaudere nolit.

In *Experimentis meis, circa generationes Insectorum*, nugas esse dixi, cervum naturali hac invidia laborare, ut hoc cornu occultet: etenim dextrum simul sinistrumque cornu, citra omnem aliam curam fortunæ committens, ibi, ubi unumquodque decidit, relinquit: cuius rei certissimus sum, ut qui Serenissimum Magnum Ducem in venationibus Pisani secutus, ubi longè maxima cervorum copia est, specialiter per multos annos id observavi: qua in redundum versor, alia etiam particularia, circa cervorum cornua, curiosè observavi, quorum nonnulla in gratiam eorum, qui naturali historia delectantur, inferius subjiciam, partim confirmandæ, partim refutandæ antiquorum circa hanc materiam opinioni.